amīcōs salūtant. sunt multī flōrēs prope viam; puerī flōrēs carpunt
10 corōnāsque faciunt; puellīs eās dant. tandem ad locum sacrum
adveniunt. omnēs tacitī manent, dum sacerdōs vīnum in terram
fundit et Palī supplicat: 'alma Palēs,' inquit, 'tibi supplicāmus;
servā pecōrā, agnās cūrā, morbōs arcē.' omnēs carmen sacrum
canunt. deinde epulās parant et laetī cēnant.
15 post epulās ad lūdōs sē parant. iuvenēs magnōs acervōs
stipulae faciunt. acervōs accendunt. flammae ad caelum
ascendunt. iuvenēs fortiter flammās trānsiliunt, dum cēterī
clāmant et plaudunt.

carpunt pick
corōnās garlands
sacerdōs priest
alma kindly
agnās the lambs
morbōs arcē keep off diseases
epulās feast; **acervōs** heaps
stipulae of straw
trānsiliunt jump over
plaudunt clap

dum Quīntus lūdōs spectat, accurrit Gāius et 'venī mēcum,
20 Quīnte,' inquit; 'mīlitēs in colōniam contendunt.' Quīntus,
parentum immemor, cum Gāiō ad forum currit, ubi eō adveniunt.
mīlitēs per forum iam contendunt. prīmus venit imperātor;
palūdāmentum purpureum gerit et in equō candidō vectus
exercitum dūcit; post eum equitant lēgātī. post eōs contendunt
25 centuriōnēs militēsque gregāriī.
iam multī colōnōrum ab agrīs revenīunt mīlitēsque spectant.
senex quīdam, qui prope Quīntum stat, 'ecce', inquit, 'Crassus ad
bellum prōcēdit, homō pūtidus. populum Rōmānum nōn cūrat;
[2]nihil cupit nisi [1]suam glōriam augēre, sine dubiō mīlitēs ad
30 mortem dūcit.' in terram īnspuit et domum abit. mox novissimī
mīlitum praetereunt colōnique domum redeunt, sed Quīntus plūra
vidēre cupit. Gāiō dīcit: 'venī.' et post mīlitēs festīnat.

immemor forgetful of
palūdāmentum purpureum a purple cloak
candidō white; **vectus** riding on
exercitum army; **equitant** ride
lēgātī legionary commanders
gregāriī ordinary, common
pūtidus rotten
nisi except; **augēre** to increase
sine dubiō without doubt
īnspuit he spits onto
novissimī the last
praetereunt are passing by
plūra more (things)

1 suam = his own 2 nihil = nothing